TOMAS TELLO

06800 M E R I D A (in Hispania) 15-10-1987

In festivitate Sanctae Theresiae.

Ad Dominum Eberhard Heller, Moderatorem

Ephemeridis EINSICHT.

<u>München (in Germania)</u>

Domine,

Hic adiungo opusculum a me, lingua hispanica confectum, cui titulus: "SOMBRAS Y PENUMBRAS DE RONCALLI (alias JUAN XXIII)", hoc est, latine expresum: "MACULAE ET DELICTA (Angeli Josephi) RONCALLI (alias Johannes XXIII)"; ut, si tibi visum fuerit dignum divulgatione, edatur in numero speciali vel extra ephemeridis EINSICHT, vel in pluribus continuis, quia unus non totum capiat, in lingua originali, necnon germanice, gallice et anglice.

Sum "ex Sedivantistis", quos vocant, et puto Johannemm XXIII primum fuisse pseudopapam. In opusculo meo agitur de indicio in facie Ecclesiae Roncalli delictorum, ut omnes catholici traditionalistae norint Johannem XXIII lupum fuisse rapacem in ovis vestimento, qui Christi gregem fefellit et destruxit. Praeterea, iuxta Canonem 2023: "In processibus beatificationis omnes Christifideles TENENTUR, licet non vocati, ea in Ecclesiae notitiam perferre, quae contra virtutem Servi Dei facere ipsis videantur", (quamvis hoc negotium nihil sit, vacante Santa Sede), mea conscientia constringitur ut hoc indicium in facie Ecclesiae faciam. Sicut scitur, Ecclesia postvaticanista agit de causa beatificationis J. XXIII, et, sicut superius dixi, quamvis hoc nihili sit, tamen quia adhuc multi sunt traditionalistae qui bona fide, huic Ecclesiae adhaerent, tandem bonam famam, quam de Roncalli habent, expellant, et Roncalli mythum et nunc et in perpetuum perimatur.

Ad vos confugio ut edatis hoc meum opusculum, quia diffido-quamvis in Hispania edere conor-editoribus patriae meae. Sed, ex alia parte, nihil prohibet quominus in dissitis locis simul edatur, ut omnes noritnt.

Si tibi visum fuerit, ad Maiorem Dei Gloriam, hoc edendum, velim saltem versionem gallicam recognoscere y mea manu signare concordantiam cum originali.

Opusculum meum potest, cum mea licentia, recomponi vel contrahi et adaptari ad indolem uniuscuiusque linguae, dummodo

sensus indicii permaneat, et im lingua originali integrum edatur.

Tuam responsionem anxie exspecto. Vale.

Post Scriptum. Recepi vetera opuscula Hugo Mariae Kellner.

Heri misi donum suscriptionis ephemeridis EINSICHT: 3.000 pesetas, in moneta hispanica = 46 marcos germanicos, vel plus minusve.